

quies appetitûs cum suavitate, vel gaudium & delectatio de fine amato. Tria enim ad fruitionem concurrunt: amare, possidere & gaudere vel delectari. Nam qui non possidet, desiderat, & non fruitur re, quam diligit, similiter, qui amat & possidet aliquid, de cuius possessione non delectatur, illo non fruitur: ut constat in infirmo, qui sumit potionem amaram, quam quidem desiderabat, illâ tamen obtentâ non delectatur. Est igitur formaliter fruitio, quasi perceptio fructûs & gaudium vel delectatio de bono amato & possesso. Potest autem finis ultimus à nobis duobus modis possideri: scilicet perfectè & reipsâ, & imperfectè & in spe. Ideoque datur duplex fruitio: perfecta: quæ habetur in patriâ de Deo clarè viso. Imperfecta: quæ habetur hic in viâ per spem & amorem, hæc elicitur à spe & charitate viæ, illa à charitate patriæ.

DISPUTATIO VII.

De moralitate.

Morale in latissimâ acceptione dicitur omne illud, quod aliquo modo à ratione & libero arbitrio pendet: sic valor monetæ dicitur moralis, quia per rationem & liberam voluntatem rempublicam administrantium fuit impositus. Causa dicitur moralis, quia solum mediante propositione rationis & intellectûs influit in voluntatem. Dominia, servitutes, aliaque jura dicuntur entitates morales, quia liberis hominum moribus, placitis, consuetudinibus sunt introductæ. Actus humani dicuntur morales, quia dependent à regulis rectæ rationis liberè eliciuntur. Ipsi denique mores, à quibus nomen moralitatis derivatur, sunt hominum actus, qui liberè & ex directione rationis fiunt, nec appellantur hoc nomine actus agentium irrationalium, ideoque hoc nomen in brutis non reperitur.

QUÆ-

D
Q
Quid est
Moro: Mora
non tantum d
intellectio,
difformis lux
actiones elicer
que in actu
moralit. repe
sufficiat ad actu
licetur, ut p
quidem ab age
tamen non si
liberè à volu
denomin
Ordo & habitu
regulis morum
tionem & legem,
stans regulis morum
moralitas formali
Quæritur 1. Qu
actus moralis vel ob
formitatem vel diff
vel talis:
DICO 1. Actus
liber speciem ab o
morum, quoc
moralitas form
ctum subjectum
Præbatur 1. Al
ntem ad quod
actus moralis ac
actus moralit
ctus mediantibus

QUÆSTIO I.

Quid est moralitas & quæ ejus regula.

Suppono : Moralitas est formalis ratio , quæ actus non tantum dicitur esse in genere physico v.g. volitio , intellectio , ambulatio &c. Sed simul conformis vel difformis suæ regulæ , ad cujus directionem agens suas actiones elicere potest. Verum multæ sunt rationes , quæ in actu morali considerari possint , nam in actu morali 1. reperitur libertas , eaque actualis : quia non sufficit ad actum moralem , quod à potentiâ liberâ eliciatur , ut patet in motibus primò primis , qui sunt quidem ab agente per potentiam , quæ in se libera est , attamen non sunt morales ex eo , quod non eliciantur liberè à voluntate. 2. Passiva regulabilitas sive extrinseca denominatio à lege & ratione regulante. 3. Ordo & habitudo ad potentiam operantem subjunctam regulis morum. 4. Habitudo actûs ad ipsam rationem & legem. 5. Habitudo actûs ad objectum substantans regulis morum. Quæritur 1. In quo ex enumeratis moralitas formaliter consistat.

Quæritur 2. Quænam sit regula , cui subordinetur actus moralis vel objectum actûs moralis , ut per conformitatem vel difformitatem ad eandem dicatur bonus vel malus :

DICO 1. *Actus humanus , qui dicitur moralis , habet speciem ab objecto relato ad principium actuus humanorum , quod est ratio S. Th. hic Q. 18. a. 8. O.* sive moralitas formaliter est tendentia voluntatis in objectum subjectum regulis morum indistincta ab actu.

Probatur 1. Ab illo accipit actus moralitatem , per ordinem ad quod habitus accipit moralitatem ; atqui habitus moralis accipit moralitatem ab objecto ; ergo etiam actus moralis : cum habitus specificentur ab objectis mediantibus actibus ; si autem actus habeant

o VI.

gaudium & delectationem concurrere vel delectari. Nam non fruuntur re, quam offendit aliquid, de illo non fruuntur: ut nem amaram, quam potentiam non delectant quasi perceptio fruendo amato & possessio nobis duobus modis à, & imperfectè & io: perfecta: quæ Imperfecta: quæ orem, hæc elicitur te patitur.

VII.

dicitur omne illud, & libero arbitrio moralis, quia per publicam administrationem moralis, quia & intellectus in virtutes, aliaque liberis hominum sunt introductæ. ia dependenter à ar. Ipsi denique derivatur, sunt rectione rationis actus agentium in brutis non re-

QUÆ.

suam moralitatem per ordinem ad objectum, objectum erit in genere moris specificativum extrinsecum, ipsa autem tendentia in objectum erit specificativum in genere moris intrinsecum, & consequenter forma moralitatis erit ipsa tendentia in objectum relatum ad moralitatis regulam, quemadmodum igitur actus physicus v.g. actus visionis accipit suam specificationem ab objecto: quia est quædam via seu tendentia ad objectum, ideoque specificativum actus visionis, sive distinctivum intrinsecum actus visionis ab actu auditionis est tendentia in objectum coloratum; ita etiam actus moralis accipit suam specificationem ab objecto subiecto regulis morum: cum ille non minus sit tendentia in objectum subiectum regulis morum, ac proinde formalis moralitas actus in tali tendentia consistet;

Probatur 2. Rejiciendo sententias oppositas,

Primò formalis moralitas non consistit in libertate; licet eam præsupponat. Libertas enim est perfectio præsupposita ad ordinem & genus moris; cum pertineat ad ordinem naturæ & reddat actum proximè capacem, ut per regulas morum dirigatur. Ideoque possit concipi actus liber, quin concipiatur actus moralis; posita enim indifferentiâ agendi, & ablatâ, sive per possibile sive per impossibile, omni lege & regulâ operandi, actus est liber, & tamen non est moralis: quia sublatâ regulâ morum, nulla est moralitas.

Secundò non consistit in denominatione extrinsecâ: quia moralitas in habitibus virtutum est virtutibus intrinseca: per hanc enim differt una virtus in esse moris specie ab alterâ; ergo etiam bonitas moralis est intrinseca actibus virtutum. Item veritas est intrinseca actui intellectus. Bonitas artificialis est intrinseca actui artificioso. Bonitas naturalis est intrinseca rebus physicis, ergo etiam bonitas moralis est intrinse-

actui humano.
 rationis cæteris an
 analogato scilicet
 minus princip
 ita actus exte
 interno mora
 us est moralis;
 moralis: quia di
 morale: quia ter
 nis: quia mover
 sunt morales: qu
 cum hæc omnia
 attributionem
 voluntatis erit intri
 Tertiò non est rel
 moralis inven
 lectus, neque est
 la respectu terminum
 modo & respectus qual
 can, relatio secund
 quia moralitas per pri
 rate, & morus, qual
 principio, sed à tern
 subiectum regul
 renum relationis
 Quod etiam supra
 formaliter colloc
 præadita actui; in
 ita in objectum si
 altero, hoc
 Obj. 1. Quod est
 non est ipse
 aut relatio act
 itas est accidens

ca actui humano. Adde : Morale est analogum attributionis cæteris analogatis extrinsecum. Ergo principali analogato scilicet actui morali, ratione cuius analogatis minus principalibus attribuitur, erit intrinsecum ; ita actus externus imperatus est moralis, quia ab actu interno morali est imperatus, potentia vel voluntas est moralis : quia causat actum moralem, lex est moralis : quia dirigit actum moralem, objectum est morale : quia terminat actum moralem, finis est moralis : quia movet ad actum moralem, circumstantiæ sunt morales : quia afficiunt actum moralem ; ergo cum hæc omnia denominentur moralia per ordinem & attributionem ad actum moralem, actus elicited voluntatis erit intrinsecè moralis.

Tertiò non est relatio rationis ; quia bonitas vel malitia moralis invenitur absque omni consideratione intellectus, neque est relatio prædicamentalis : quia illa respicit terminum ut purè terminum, sed est habitudo & respectus quasi transcendentalis, vel ut alii vocant, relatio secundum dici, non ad voluntatem : quia moralitas per prius est in actu, quam sit in voluntate, & motus, qualis est actus, non specificatur à suo principio, sed à termino, est igitur relatio ad objectum subjectum regulis morum, quæ potest esse fundamentum relationis prædicamentalis.

Quod etiam supradicta habitudo, in quâ moralitatem formaliter collocamus, non sit realiter distincta & superaddita actui ; inde patet : quia posita liberâ tendentiâ in objectum substans regulis morum & remoto omni altero, hoc ipso intelligitur actus esse moralis.

Obj. 1. Quod est accidens superveniens actui humano, non est ipse actus humanus, sed aliquis modus, aut relatio actui humano superaddita, atqui moralitas est accidens superveniens actui humano ergo

accidentalis actui humano & consequenter cum sit intrinseca, erit ad minus modus actui humano superadditus.

R. Distinguendo maj. Quod est accidens superveniens actui humano secundum rem, non est ipse actus humanus. *Con.* Quod est accidens superveniens tantum secundum diversam considerationem *N.* Similiter distinguitur *mi.* Est enim moralitas accidentalis actui humano in esse physico considerato, quia actus physicus tendit in objectum, cui accidentale est, quod sit subjectum regulis morum non verò est accidentalis in re, sive nova relatio superveniens, sensus est: actus voluntatis eadem tendentiâ: quâ tendit in objectum appetibile, à quo formaliter sumitur physica & entitativa ratio actûs, tendit etiam in ipsam moralitatem, quæ in objecto ejusque circumstantiis reperitur, à quo desumitur moralitas actûs; ideoque, licet eadem reali tendentiâ actus tendat in objectum physicum & in objectum morale, ratio tamen moralitatis est quasi accidentalis superveniens rationi physicæ; sicut actus visionis eadem tendentiâ, quâ attingit coloratum, attingit accidentia colorati: ut figuram, motum & quietem. Quamvis enim hæc attingat tanquam accidentia colorati, non tamen indiget ad hoc novâ tendentiâ vel novo motu, sed eadem tendentiâ, quâ objectum specificum videlicet coloratum attingitur, etiam sensibilia ejus communia attinguntur.

Obj. 2. Idem numero actus sine aliquâ reali mutatione potest fieri de bono malus, imò de non morali moralis: ut patet in Esu carniùm continuato à feriâ quintâ usque ad sextam. Item in primo motu, qui si continuetur superveniente advertentiâ rationis, transit de non morali in moralem, ergo moralitas non est intrinseca actui: aliàs sublatâ moralitate tolleretur aliquid intrinsecum actui.

Permiso antea
blato termino n
licet eadem ma
blato secundo fili
nritatem Pater:
nis quam antea t
visionis, qui n
am ad figuram
i figura & motu
, & tamen man
næ ad coloratur
colorati ut ob
est: quia sunt plu
m effectum fo
intrinsecam, nisi
ntas materiæ pri
m est intrinsecè
m valentem et
in thologicis mar
ho raturat aliqu
est, illâ intrin
probat, dum no
m dicit voluntatis
per solam connot
ntia temporis po
mandocunque mu
ntiam intrinsecè r
i objectum autem
ntis directè amata
indirectè volita.
ntas cur naturalit
termino, sed à pi
nt ab objecto in qu
Disparitatem eff
e primo reperiantu

R. Permissio antecedente negando consequentiam, quia sublato termino non amplius denominatur terminatio, licet eadem maneat entitas, quam terminabat, ut sublato secundo filio, non amplius denominatur per paternitatem Pater secundi Filii licet maneat entitas relationis quam antea terminabat secundus Filius. Item in actu visionis, qui non solum tendit ad Coloratum, sed etiam ad figuram & motum Colorati, possunt variari figura & motus in eodem visibili non variato colore, & tamen manere eadem entitas actus visionis terminatae ad coloratum ut objectum essenziale ad figuram colorati ut objectum accidentale. Horum ratio est: quia sunt plures formae, quae non tribuunt aliquem effectum formalem aut denominationem etiam intrinsecam, nisi aliquid extrinsecum connotent sic entitas materiae primae connotans formam non habitam est intrinsecè appetitus desiderii, connotans formam praesentem est appetitus complacentiae; & ut in Theologicis maneamus: species congenita Angelo repraesentat aliquod singulare, quando illud existit, sine ullâ intrinsecâ mutatione, quod non repraesentabat, dum non existebat; item actus necessarius divinae voluntatis habet intrinsecè rationem actus liberi per solam connotationem creaturarum in aliquâ differentiâ temporis ponendarum. Dixi permissio antea, quia quaecumque mutatur objectum specificativum, toties etiam intrinsecè mutatur tendentia in illud objectum: objectum autem specificativum actus boni est honestas directè amata, & actus mali est inhonestas etiam indirectè volita.

Si petas cur naturalitas & vitalitas actus desumatur non à termino, sed à principio e contra moralitas desumatur ab objecto in quod tendit?

R. Disparitatem esse: quod naturalitas & vitalitas per se primò reperiantur in lineâ substantiae, quae in se

omnimodè absoluta non specificatur per habitudinem ad quid extrinsecum. Econtra moralitas spectat ad lineam operationis, quæ ex suâ naturâ est apta specificari à termino & objecto extrinseco propter intrinsecum respectum ad ipsum.

Obj. 3. Aliqua omissio est moraliter mala; sed hæc moralitas non potest consistere in tendentiâ in objectum; ergo non omnis moralitas consistit in habitudine ad objectum substans regulis morum.

R. Distinguendo mi. moralitas, quæ est in omissione, non consistit in habitudine formali ad objectum. Con. Non consistit in habitudine interpretativâ N. Habitus & tendentia ad objectum est accipienda in sensu accommodo, proportionaliter ad materiam substratam; ita: ut moralitas in actu positivo morali sit positiva, habitudo autem ad objectum morale in omissione sit quasi habitudo negativa, & tendentia tantum interpretativa in objectum; quemadmodum enim omissio moralis est tantum interpretativè voluntaria, sic etiam non aliam requirit moralitatem, quam tendentiam interpretativam voluntatis in objectum vel finem.

Obj. 4. Ratione libertatis actus humanus est dignus laude vel vituperio, præmio vel supplicio. Ergo in illâ formaliter consistit moralitas; talis enim dignitas est proprietas moralitatis. Antecedens ostenditur ex S. Th. hic Q. 21. a. 2. dicente: *Nihil aliud est laudari vel culpari, quam imputari alicui malitiam vel bonitatem sui actûs, tunc autem actus imputatur agenti, quando est in potestate ipsius, ita quod habeat dominium sui actûs.*

Deinde: quo posito actus est moralis, & quo sublato vel diminuto moralitas actûs tollitur, vel diminuitur, illud est ratio formalis moralitatis; atqui posita libertate actus est moralis, & diminuta libertate

dimi-

DE M
moralitas
liberatione com
illis, quia non et
ad 1. Ration
laude vel viru
ne & formaliter
ber, etiam ne
morum; ideoq
est dignus laud
D. I. cit
2. Posita lib
sublatâ & di
moralitas causaliter C
ob defectum
moralitatis; ratio eni
in objectum
libertas faciat ac
regulas morum, illa
est ipsa moralitas; sic
moralitatis est formaliter ip
lis subjectis ad regulas
Obj. Actus est r
per rationem, F
nihil ponunt ir
tantum est deno
Moralitas objec
moralis in dig
pretio rerum
Ergo nec
aliquid intrinse
Moralitas actu
extrinseco; nem
Ergo est de
ad 1. Actus est
per rationem & c

diminuitur moralitas: ideò enim peccatum veniale ex indeliberatione commissum non est actus perfectè moralis, quia non est perfectè liber. Ergo.

R. ad 1. Ratione libertatis actus humanus est dignus laude vel vituperio remotè & radicaliter Con. proximè & formaliter N. si enim actus humanus non esset liber, etiam non esset proximè regulabilis à regulis morum: ideoque nec esset capax moralitatis, ob quam est dignus laude vel vituperio. Nec aliud voluit S. D. I cit

R. ad 2. Positâ libertate, ponitur moralitas actûs, illâque sublatâ & diminutâ, tollitur vel diminuitur moralitas causaliter Con. formaliter N. ità peccatum veniale ob defectum libertatis causaliter habet minus moralitatis; ratio enim formalis est imperfecta tendentia in objectum difforme rectæ rationi. Esto enim libertas faciat actum proximè regulabilem per regulas morum, illa tamen regulabilitas passiva non est ipsa moralitas: sicut nec esse artificiale operis artificiosi est formaliter ipsa regulabilitas passiva, sed actualis subjectio ad regulas artis.

Obj. 5. Actus est moralis per hoc, quod regulatur per rationem, præcipiatur per legem &c. hæc autem nihil ponunt in actu intrinsecum. Ergo moralitas tantum est denominatio extrinseca.

2 Moralitas objectiva est denominatio extrinseca. Et esse morale in dignitatibus, officiis, valore Monetæ, pretio rerum venalium nil ponit intrinsecum in rebus. Ergo nec esse morale in actibus voluntatis ponit aliquid intrinsecum.

3. Moralitas actuum humanorum sumitur ab aliquo extrinseco: nempe à lege aut objecto, in quod tendunt. Ergo est denominatio extrinseca.

R. ad 1. Actus est moralis per hoc, quod regulatur per rationem &c. Causaliter & tanquam propter condi-

conditiones necessariò requisitas Con. formaliter & tanquam propter rationem proximam N.

Ad 2. Negando consequentiam, quia esse morale in objecto accipitur per attributionem ad actum, quem terminat & coexistentiam legis sibi extrinsecæ; ideoque moralitas objectiva nil aliud est, quam ipsum objectum quatenus connotat rationem & regulam mensurantem juxta quam appeti & per actum voluntatis in debitum finem ultimum rationali naturæ consentaneum potest referri. Similiter valor monetæ, pretium rerum venalium directè & immediatè sumitur à voluntate humanâ ità taxante vel acceptante; at verò esse morale in actibus voluntatis, etsi supponat legem, immediatè tamen non à lege, sed ab ordine ad objectum legi subjectum accipitur, qui ordo est ipsi actui intrinsecus.

Ad 3. Actus moralis sumit suam moralitatem à lege vel objecto immediatè quasi forma constituens actum moralem sit ipsa lex vel objectum N. mediatè velut connotatis per ipsam formam constituentem Con. immediatè sumit actus moralitatem, vel hoc quod sit moralis ab ordine ad objectum ut regulis morum subjectum, qui ordo actui est intrinsecus.

DICO 2. Regula voluntatis humana est duplex una propinqua & homogenea, scilicet ipsa humana ratio; alia verò est prima regula, scilicet lex æterna, quæ est quasi ratio Dei S. Th. hic Q. 71. a 6 O.

Probatur una Pars: Illa est proxima regula moralitatis, quæ in virtute primæ regulæ & tanquam ejus participatio dirigit actus morales, sive per quam ipsa lex æterna & prima regula homini manifestatur & intimatur ut adimplenda; sed rationis humanæ dictamen est primæ regulæ participatio legem æternam adimplendam manifestans & intimans, & ità actus morales dirigit. Ergo illud est proxima regula moralitatis actuum
huma-

Probatur
in finem ultimum
ad ipsarum naturam
vim quandam
per quam in ult
quædam partici
nente præxiste
et proxima & in
corporeis in
necessitate operat
nihil est aliud
ctus, ratione c
ines; in creatu
divinæ directio
naturali consister
nuz, sed ad pl
ratio debet in illis p
na, quo ipis denun
um agenda præscribur
ionis sive natura d
dum vel omittendur
operatum moralium
ctas in communi;
sed est actus pru
agendum: qui
regularibus, & ex
cognitio u
in eas influere aut
tamen particula
faciendo vel omi
Pars probatur
hominis ergo e
in ultimum fin
sicut quia so
naturam, prima

humanorum. Probatum mihi Deus, qui est primum dirigens in finem ultimum, dirigit res omnes conformiter ad ipsarum naturam, unde omnibus rebus communicat vim quandam naturæ ipsarum proportionatam, per quam in ultimum finem ordinantur, & hæc vis est quædam participatio primæ & æternæ regulæ in divinâ mente præexistentis, quæ participatio omnibus rebus est proxima & immediata regula operandi. Unde in rebus corporeis intellectu & voluntate carentibus ex necessitate operantibus hæc proxima operandi regula nihil est aliud quam naturalis inclinatio, vel instinctus, ratione cujus indefectibiliter tendunt in suos fines; in creaturis verò intellectualibus participatio divinæ directionis non potest in solâ inclinatione naturali consistere; quia non sunt ad unum determinatæ, sed ad plura indifferentes; hinc divina directio debet in illis participari per aliquid superadditum, quo ipsis denuntientur, quæ per legem æternam agenda præscribuntur. Et hoc est dictamen rationis sive recta ratio dictans, quid hic & nunc agendum vel omittendum sit. Proxima ergo regula operationum moralium non est solum actus Synderesis dictans in communi: quid sit faciendum vel fugiendum, sed est actus prudentiæ dictantis in particulari: quid sit agendum: quia cum operationes morales sint in singularibus, & ex singularibus circumstantiis dependeant, cognitio universalis etiam si sit practica, nequit in eas influere aut eas regulare, nisi ut applicata per dictamen particulare de actu hic & nunc bene vel male eliciendo vel omittendo.

2da Pars probatur: solus Deus potest esse finis ultimus hominis ergo etiam prima regula dirigens hominem in ultimum finem potest solum in mente divinâ existere; sicut quia solus Deus est primum principium creaturarum, prima idea, per quam res in esse produ-

ducun-

ducuntur, non potest alibi quam in Deo existere. Ratio autem gubernationis rerum & directionis illarum in ultimum finem lex æterna appellatur.

Deinde prima regula debet esse à se indefectibilis in dirigendo & regulando, sicut primum principium est indefectibile in operando. Sed nulla creatura potest habere ex se indefectibilitatem in ordine morali, ob quam rationem etiam nulla potest esse ex se impeccabilis. Ergo prima regula hujus ordinis non potest esse aliquid creatum, sed sola ratio directionis creaturæ rationalis in ultimum finem in mente divinâ existens, quæ est ipsa lex æterna.

Obj. Naturalis ratio non dicitur, nisi quæ sunt de lege naturæ: atqui dantur plures actus morales, qui non spectant ad legem naturæ, sed ad positivam: divinam, vel humanam. Ergo dictamen naturale rationis non est sufficiens regula proxima moralitatis.

R. Distinguendo maj. non dicitur directè & primariò, nisi quæ sunt de lege naturæ transeat; non dicitur secundariò & ex consequenti N. nam cum ratio naturalis dicitur parendum esse cuilibet legitime præcipienti, eo ipso, quod quælibet alia lex sive humana sive divina aliquid præcipiat vel prohibeat, ipsa naturalis ratio consequenter dicitur illud esse faciendum vel fugiendum. Dixi transeat, quia, quando dicitur, dictamen rationis nostræ esse proximam regulam morum, hoc non est intelligendum de ratione nostrâ nudè sumptâ & solo lumine naturali illustratâ, sed de ratione ut informatâ præceptis legis divinæ & humanæ non tantum naturalibus sed etiam supernaturalibus.

Hinc sequitur naturam rationalem quatenus antecedit legem conscientiæ non esse formalem regulam moralitatis; quia non per modum regulæ moralis aliquid præcipit, vel prohibet, sed solum inclinatur in bonum rationis. Neque tantum inclinatur in bonum

mora-

de, sed etiam
regula morum,
in finem ult
sive regula ra

QU

in moralitas de

1. Nomine

quod actus ex

ordinatur: sic

est subventio pa

per se prin

in fine operanti

vel malos possit or

intelligitur finis in

ad objecto, se

circ

ambianus actus hu

Sopponi. Ut actu

morali, no necess

dicam representatione

ad objectum præcise

præcipi præcise, f

invincibilis

quoque actus ex

ratione hostiæ non

invincibil

est adorabilitas

est prohibi

amen hoc objec

ratione intellecti

sub hostiâ co

et ut talis judica

objectum hic &

idcirco ac

morale, sed etiam in bonum naturale; unde non tam regula morum, quam radix exigitiva talis regulæ dirigentis in finem ultimum naturæ quæ rationali proprium, sive regula radicalis, dici debet.

Q U Æ S T I O II.

An moralitas desumatur ab objecto & fine?

Suppono 1. Nomine objecti intelligitur illud bonum, ad quod actus ex proprio modo tendendi per se primò ordinatur: sic in actu v. g. Eleemosynæ objectum est subventio pauperis: ad hoc quippe largitio Eleemosynæ per se primò ordinatur, quamvis extrinsecè & ex fine operantis Eleemosyna ad alios fines bonos vel malos possit ordinari. Proinde finis nomine non intelligitur finis intrinsecus operis, qui est indistinctus ab objecto, sed finis extrinsecus operantis, qui est accidentalis & circumstantia: *Cur* primaria inter circumstantias actûs humani.

Suppono 2. Ut actus ab objecto accipiat speciem moralitatis, pro necessariâ conditione connotat practicam repræsentationem & iudicium rationis, quia non objectum præcisè, ut in se est, sed ut substat cognitioni practicæ, speciem tribuit; quâ de causâ ignorantia invincibilis sæpenuerò aufert malitiam, quam alioquin actus ex objecto contraxisset; v. g. in adoratione hostiæ non consecratæ, quæ tamen per ignorantiam invincibilem putatur esse consecrata, à parte rei est adorabilitas hostiæ non consecratæ, quæ simpliciter est prohibita, & objectum idololatriæ; quia tamen hoc objectum non stat sub practicâ repræsentatione intellectûs, sed è contrario adorabilitas Christi sub hostiâ consecratâ, quæ invincibiliter & prudenter ut talis iudicatur, existentis est hujus adorationis objectum hic & nunc repræsentatum & practicè iudicatum idcirco actus ab hoc objecto specificatus est

est honestus & procedit ex virtute religionis, estque vera adoratio Christi prudenter existimati præsentis, qui tamen in re præsens non est.

DICO 1. *Prima bonitas actus moralis attenditur ex objecto convenienti: unde & à quibusdam vocatur bonum ex genere, puta, uti re suâ . . . primum malum in actionibus moralibus est, quod est ex objecto, sicut accipere aliena & dicitur malum ex genere. S. Th. hic Q 18. a. 2. O.*

Probatur. Ità in actu morali objectum specificat actum extrinsecè, sicut in composito naturali forma specificat intrinsecè compositum: atqui forma substantialis dat composito primam & essentialem speciem intrinsecè. Ergo etiam objectum dat actui primam & essentialem speciem extrinsecè naturalem quidem, si spectetur in esse naturæ: moralem, si spectetur in esse moris, sive ut consonat vel dissonat rectæ rationi; ità quidem, ut si objectum actus de se sit indifferens, non subjectum regulis morum, sive nullam habens consonantiam vel dissonantiam cum regulis morum, actus primam & essentialem speciem moralitatis accipiat à circumstantiâ, quæ determinat formaliter ipsum objectum ad rationem boni vel mali, ac ità tunc circumstantia transit quodammodo in rationem objecti moraliter specificantis.

Obj. I. Actus humanus ab illo accipit suam primam speciem, quod primariò respicit: atqui actus humanus primariò respicit finem, qui sæpe est distinctus ab objecto, objectum etenim est volitum propter finem, ac proinde finis est prius volitus.

rx. Distinguendo mi. Actus humanus respicit prius finem operis, qui vocatur finis intrinsecus, & coincidit cum objecto Con. respicit prius finem operantis, qui accidit actui humano, & vocatur finis extrinsecus N.

Obj.

DE
Obj. 2. Objectum
 ut voluntas
 Atqui actus
 ab actu
 suam speciem
 voluntatis,
 Distinguendo
 ratione positus
 interno Co
 bonitatem
 vel malitia ob
 actum intre
 vel malus
 communicat
Obj. 3. Actus fo
 raudum D. Ang. 2
 sem sive honestatis
 v. g. moris, quæ eand
 nus, nisi accedat aliqu
 v. g. Religionis aut je
 Negando mi.
 actus fortitudi
 tanquam condit
 nem N. habet er
 primariam ex c
 conditionis &
 intrinsecus alteri
 habet honest
 virtutis, quo f
 nis habet specia
 sit pro exempl
 servatione virgi
 fortitudinis
 castitatis, pro
 1. 2. Theol. Schol.

Obj. 2. Objectum actûs interni sæpe est actus exter-
nus; ut voluntas furandi pro objecto furtum exter-
num. Atqui actus internus non accipit suam speciem
moralitatis ab actu externo: quia ipse actus externus
accipit suam speciem bonitatis vel malitiæ ab actu inter-
no voluntatis.

R. Distinguendo probat. mi. Actus externus ut in
executione positus accipit suam bonitatem vel mali-
tiam ab interno Con. actus externus in intentione acci-
pit suam bonitatem vel malitiam ab interno N. sed bo-
nitas vel malitia objectiva actus externi in intentione
specificat actum internum, & actus internus formaliter
bonus vel malus suam bonitatem vel malitiam for-
malem communicat actui externo in executione po-
sito.

Obj. 3. Actus fortitudinis est moralis sed hic actus
secundum D. Ang. 2. 2. q. 124. a. 3. non accipit spe-
ciem suæ honestatis ab objecto, quod est tolerantia
v.g. mortis; quia eandem accipit à fine; non enim est bo-
nus, nisi accedat aliquis finis extrinsecus altioris virtutis:
v. g. Religionis aut justitiæ.

R. Negando mi. cum probat. cujus probat. distin-
guitur actus fortitudinis non est bonus nisi accedat alius
finis tanquam conditio Con. tanquam forma dans bo-
nitatem N. habet enim actus fortitudinis suam boni-
tatem primariam ex objecto, ad quod tamen per mo-
dum conditionis & connotati extrinseci requiritur fi-
nis extrinsecus alterius virtutis: sustinentia enim mor-
tis non habet honestatem, nisi connotet aliquem fi-
nem virtutis, quo fine honesto intento actus forti-
tudinis habet specialem honestatem ex propriâ mate-
riâ; sit pro exemplo: Virgo sustinet mortem pro
conservatione virginitatis, sustinentia mortis est
actus fortitudinis habens præter honestatem vir-
tutis castitatis, propriam honestatem fortitudinis.

Ratio est: quia objectum fortitudinis habet specialem difficultatem quam ratio postulat vinci, & in quâ vincendâ non potest non esse specialis honestas perti- nens ad specialem virtutem. Interdum verò illa spe- cialis difficultas in objecto non est, & tunc finis se ha- bet ut ratio formalis, v. g. In egressu ad agrum, per se loquendo, non est difficultas specialis, quam ratio postulet vinci; distincta ab eâ, quæ reperitur v. g. in acqui- rendâ valetudine, in eo autem quod est pati mortem & abstinere à venereis est specialis difficultas.

DICO 2. *Quando objectum non est per se ordinatum ad finem, differentia specifica, quæ est ex objecto non est per se determinativa ejus, quod est in fine nec è con- verso. Unde.... tunc actus moralis est sub duabus speciebus quasi disparatis S. Th. hic Q. 18. a. 7. O.*

Probatur. Quælibet res, sicut se habet ad esse, ita & ad bonitatem, unde quorum esse ab alio non de- pendet, etiam eorum bonitas non dependet ab alio. Ut patet in personis divinis; sed sicut esse rei dependet ab agente & formâ, ita bonitas & esse actionis humanæ de- pendet non tantum à fine operis sive ab objecto & om- ni eo, ad quod actio ex naturâ suâ ordinatur, sed etiam à fine operantis, ad quem eliciens actionem ordinat, tan- quam formâ extrinsecâ, cum omnis actio humana sit propter finem. Ergo præter bonitatem quam habet ex objecto, aliam desumit à fine extrinseco, ad quem ordi- natur ab agente, quæ nihil aliud est, quam habitudo actûs ad talem finem ut rectæ rationi consonum; e contra si actio ordinetur ab agente ad finem rectæ rationi diffor- mem, ad quem ex naturâ suâ non refertur, habet à tali fine specialem malitiam moralem. Unde qui facit aliquid ex voto, ultrâ honestatem operis addit honestatem & meritum religionis, & qui furatur ad mœchandum præ- ter peccatum furti committit peccatum adulterii. Et sic omnes actiones in alium finem bonum vel malum ab ope-

ante possunt or
fine extrinsec
finem ab a
non intendit fi
operis: ut du
bonitatem. D
misericordiz.

Actus qui p
nam: ut actus c
orem finem alia
Ergo non
fine extrin
Negando antec
ordinari ad satisfac
cultura Dei, &
religionis; quan
non possit ad fir
voluntatis ipse tamen
terri potest.

Quæ moral
essentialiter an accident
Actus internus
sua intentione,
essentialiter: c
specificativo re
intentione in
consequendu
acceptus, quat
essentialiter
respicit; si v
essentialiter accip
fine autem
exemplo: vol
pro peccatis.
habet speciem mo

operante possunt ordinari. Non tamen omnes actus speciem à fine extrinseco desumunt, omnes enim actiones ad talem finem ab agente non referuntur, quia sæpe agens non intendit finem præter ipsum finem intrinsicum operis: ut dum diligit Deum propter infinitam ipsius bonitatem. Dat Eleemosynam propter honestatem misericordix.

Obj. Actus qui pro objecto immediato habet finem ultimum: ut actus charitatis: non potest ordinari ad ulteriorem finem aliàs non haberet pro objecto finem ultimum. Ergo non omnis actus potest accipere moralitatem à fine extrinseco operantis.

R. Negando antecedens: nam actus charitatis potest ordinari ad satisfaciendum pro peccatis, vel ex voto ad cultum Dei, & ità habere bonitatem poenitentix & religionis; quamvis enim ipsum objectum charitatis non possit ad finem ulteriorem referri: cum sit finis ultimus, ipse tamen actus charitatis ad alium finem referri potest.

Q. Qualem moralitatem actus habeat à fine? an essentialem an accidentalem?

R. Actus internus vel est merè elicitus circa finem sive ipsa finis intentio, & tunc accipit à fine operantis speciem essentialem: cum iste actus pro immediato objecto specificativo respiciat finem operantis; vel est ex præviâ intentione imperatus: ut electio mediiorum ad finem consequendum, & tunc talis actus reduplicativè acceptus, quatenus nimirum imperatur, accipit speciem essentialem à fine operantis, quem ut sic per se primò respicit; si verò sumatur specificativè, speciem essentialem accipit ab objecto proximo tanquam fine operis, à fine autem operantis speciem accidentalem. Sit pro exemplo: volo dare Eleemosynam ad satisfaciendum pro peccatis. Intentio satisfaciendi pro peccatis habet speciem moralitatis essentialem ab objecto:

VII.
 nis habet speciem
 t vinci, & in qua
 lis honestas pertinet
 um verò illa speciem
 & tunc finis se habet
 su ad agtum, per
 talis, quam ratio
 eritur v.g. in acqui-
 od est pati mortem
 fficultas.
 & per se ordinatum
 est ex objecto non
 in fine nec e con-
 est sub duobus
 8. 2. 7. O.
 ber ad esse, ita
 o alio non de-
 det ab alio. Ut
 rei dependet ab
 nis humanæ de-
 objecto & om-
 tur, sed etiam
 m ordinat, tan-
 io humana sit
 quam habet ex
 ad quem ordi-
 habitudo actus
 n; e contra si
 rationi diffor-
 ur, habet à tali
 qui facit aliquid
 honestatem &
 echandum præ-
 adulterii. Et sic
 m vel malum ab
 ope-

videlicet bonitatem virtutis pœnitentiæ; voluntas dandi Eleemosynam quatenus imperata ab actu pœnitentiæ, bonitatem essentialem habet pœnitentiæ. Specificativè accepta habet bonitatem essentialem misericordiæ.

QUÆSTIO III.

An etiam moralitas desumatur à circumstantiis?

Circumstantiæ, quasi extrâ substantiam actûs constitutæ eumque circumstantes, sunt modi extrinsecè afficientes actum humanum. Solent numerari septem hoc versiculo comprehensæ.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Cujus numeri hæc est ratio: tot modis actus humanus extrinsecè afficitur; vel enim afficitur secundum seipsum, vel secundum suam causam; actum ipsum afficit vel modus agendi, & est circumstantia: *quomodo*. Vel mensura ipsius, & est circumstantia temporis, & loci, vel: *quando*. Et *ubi*. Ratione causæ actus afficitur, vel quia aliquid est causa finalis ipsius, & est circumstantia: *Cur*. Vel causa efficiens principalis, & est circumstantia: *quis*. Vel causa instrumentalis, & est circumstantia: *quibus auxiliis*. Vel quia est causa materialis, & est circumstantia: *quid*. Quæ etiam ex parte effectûs considerari potest.

DICO Oportet, quòd circumstantia det speciem actui morali vel bono vel malo. S.Th. hic Q. 18. a. 10. O.

Probatur. Quod facit actum conformem vel difformem regulis morum, dat actui morali speciem; atqui circumstantiæ faciunt actum aliquando absolutè conformem vel difformem, aliquando magis vel minus conformem vel difformem regulis morum; sicut enim in naturalibus bonitas & perfectio rei non solùm sumitur à formâ, sed etiam ab accidentibus, ita etiam

in actibus humanis bonitas moralis non solum sumitur ab objecto, quod se habet ad modum formæ tribuentis speciem, sed etiam à circumstantiis, quæ se habent ut quædam accidentia actui conjuncta.

Obj. 1. Ut aliquid tribuat actibus humanis bonitatem aut malitiam, debet esse volitum; sed omne quod est volitum, est objectum volitionis. Ergo nihil potest tribuere bonitatem aut malitiam volitioni præter ejus objectum; & ita videtur docere S. Th. hic Q. 19. a. 2. ubi docet: actum interiorem voluntatis in suâ bonitate dependere tantum ab objecto. In quo distinguit ipsum ab actu exteriori, quem asserit dependere in suâ bonitate ab objecto & à circumstantiis. Verba S. D. sunt: *Bonitas & malitia voluntatis secundum aliquid unum attenditur: aliorum verò actuum bonitas & malitia potest secundum diversa attendi... & ideo bonitas voluntatis ex solo uno illo dependet, quod per se facit bonitatem in actu, scilicet ex objecto, & non ex circumstantiis, quæ sunt quædam accidentia actus.*

R. Distinguendo maj. ut aliquid tribuat actibus humanis bonitatem aut malitiam, debet esse volitum vel primario & formaliter vel secundario & virtualiter vel directe vel indirecte, Con. tantum primario formaliter & directe N. similiter distinguitur mi. omne quod est volitum primario formaliter & directe est objectum (videlicet essentialiter specificans) volitionis Con. quod est volitum secundario virtualiter & indirecte N. licet autem circumstantiæ non sint primario, formaliter & directe volitæ, sed taliter volitum sit solum objectum essentialiter specificans, sunt tamen volitæ secundario virtualiter & indirecte ut objectum essentialiter concomitantes. Ad locum S. Th. relictis variis aliorum solutionibus dicendum est: quod, quando S. Th. docet actum interiorem voluntatis ex solo ob-

jecto dependere, nomine objecti intelligat non solum id, quod voluntas directè primariò & immediatè vult, sed etiam quidquid est ab eo volitum aliquo modo ex iam dictis: quomocunque enim aliquid sit volitum, aliquo modo voluntatis objectum est, & de hoc objecto sic universaliter sumpto verum est, bonitatem actûs interioris à solo objecto dependere; nam etsi dependeat etiam à circumstantiis, hæ tamen continentur intrà objectum voluntatis sic largè & impropriè sumptum non autem continentur intrà objectum aliarum potentiarum exteriorum.

Obj. 2. Circumstantiæ ut plurimum sunt extrinsecæ actui humano: ut patet de loco & tempore. Ergo non dant illi bonitatem vel malitiam intrinsecam, sed tantùm extrinsecè illum bonum aut malum denominant.

R. Negando consequentiam: quia objectum etiam est actui humano extrinsecum, & tamen dat bonitatem vel malitiam intrinsecam consistentem in ordine transcendentali vel in tendentiâ in tale objectum.

Q U Æ S T I O IV.

An circumstantia subinde mutant moralitatem vel augeant?

DICO. *Circumstantia dat speciem boni vel mali actui morali in quantum respicit specialem ordinem rationis. S. Th. hic Q. 18. a. 11. O. Quandoque non habet bonitatem vel malitiam secundum se sed per ordinem ad aliam conditionem actus. ... Et ideo non dat novam speciem, sed auget bonitatem vel malitiam, que est ex aliâ conditione actûs. ibid. ad 2.*

Explicatur: Conclusio & simul probatio, quæ in eâdem involvitur: cum bonitas moralis consistat in conformitate, & malitia consistat in difformitate
cuna

regulis morum
circumstantiæ et
referunt nova
speciem malitiæ
cum regulis m
tribuant augm
vel malitiæ. S
aureum in E
fornicandi;
quæ acc
ex circumst
cum vi
Sive materiæ l
repugnantia
Item à cir
repugnantiam cum
Circumstantiâ
& circumstanti
de lecto, quia non in
vitæ vel repugnan
virtute, sed circum
tes, non autem spe
circumstantia temporis N
circumstantiam cum reg
mutat, nec auget v
Quod dat spe
accidentis, se
habent se ad
non specificant ac
Distinguendo n
accidentis,
& essentialem sp
ad actum, qu
accidentis. N. Circu
clerari: 1. Qua

cum regulis morum sive lege aeternâ & rectâ ratione, illæ circumstantiæ tribuunt novam speciem bonitatis, quæ adferunt novam conformitatem, illæ verò novam speciem malitiæ, quæ adferunt novam difformitatem cum regulis morum; cæteræ verò circumstantiæ solum tribuunt augmentum vel diminutionem bonitatis vel malitiæ. Sit pro exemplo: Titius furatur calicem aureum in Ecclesiâ die festo tempore Matutino ex fine fornicandi; hic actus præter speciem furti & injustitiæ, quam accipit ab objecto, habet specialem malitiam ex circumstantiâ finis, propter novam repugnantiam cum virtute castitatis. A circumstantiâ *Quid.* Sive materiæ habet speciem sacrilegii, propter specialem repugnantiam cum virtute vel præcepto religionis. Item à circumstantia; *Ubi.* Habet specialem repugnantiam cum virtute religionis ratione loci sacri. Circumstantiâ pretiositatis, quod calix sit aureus, & circumstantia temporis, quod committatur die festo, quia non inducunt specialem aliquam difformitatem vel repugnantiam cum distincto præcepto & virtute, sunt circumstantiæ tantummodo aggravantes, non autem speciem mutant. Demum circumstantia temporis Matutini, cum nil conferat ad difformitatem cum regulis morum, nec speciem malitiæ mutat, nec auget vel minuit.

Obj. Quod dat speciem actui, non habet se per modum accidentis, sed specificativi: atqui circumstantiæ habent se ad actum per modum accidentis. Ergo non specificant actum moralem.

R. Distinguendo mi. circumstantiæ habent se per modum accidentis, quatenus comparantur ad primam & essentialem speciem. *Con.* Quatenus comparantur ad actum, quem trahunt ad novam speciem moralitatis. *N.* Circumstantia igitur potest dupliciter considerari: **I.** Quatenus actui supervenit in suâ spe-

cie constituto, & sic se habet per modum accidentis, servatque rationem circumstantiæ. 2 Prout fundat repugnantiam cum rectâ ratione, ex quâ actus peccaminosus sortitur novam speciem. Et sic non manet pura circumstantia, sed transit in conditionem objecti.

Ex dictis colliges: in uno eodemque physicè actu reperiri plures moralitates specie distinctas: quia idem actus physicus potest habere plures conformitates vel difformitates ad regulas rectæ rationis. Ut: voluntas jejunandi in vigiliâ alicujus sancti ad impetrandum Donum Continentiæ.

Hic actus 1. Habet bonitatem naturalem, quæ sequitur actionem, ut actio vel ens est; & hæc bonitas non minus actui bono quam malo est communis.

2. Bonitas moralis essentialis, quæ sumitur ab objecto, & est in præsentî honestas temperantiæ.

3. Bonitas moralis accidentalîs desumpta à circumstantiis & est honestas religionis vel cultûs Duliæ ergâ sanctum.

4. Est bonitas moralis desumpta ex fine tanquam causâ & motivo actûs & est honestas castitatis.

DISPUTATIO VIII.

De indifferentiâ, bonitate & malitiâ.

Sicut moralitas genericè accepta desumitur ab objecto, quod substat regulis morum, ita species moralitatis desumitur ab objectis prout specialem dicunt habitudinem ad regulas morum. Et secundum hanc triplex status considerari potest. 1. Conformitatis, in quo objecta sunt talia, qualia regulæ morum exigunt. 2. Difformitatis, in quo objecta sunt opposita iis, quæ regulæ morum exigunt. 3. Neque con-neque difformitatis, in quo objecta purè à regulis morum permittuntur